

Nicolaus Scharffenberg Georg Rudolph Kirchperg von

## **Theses hasce. De Testamentis Ordinandis : In incluta Rosarum Academia Quae est Rostochi[i]**

Rostochi[i]: Pedanus, 1619

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74733031X>

Druck Freier  Zugang







N. N. — 2 (139.)



1. Conradi, de voluntate testatoris dubia ob errorem in nomi-  
num vel demonstratione heredis aut legatarii commissum.
2. Conradi, qua cautione de non amplius turbando in judi-  
cis possessoris usu fore recepta pertractatur.
3. Conradi, de modo servando in legatorum piorum in-  
terpretatione.
4. Conradi, de civitate nova.
5. Conradi de regno et tyrannide.
6. Cothmann, de delictis privatis.
7. Cothius, de venditionibus honorum.
8. Cramer, de minoratu in familiis illustribus.
9. Heineccius, qua uxor romana per propter auptias  
donationem de alimentis fecura tantum.
10. Serdes, assertationes juris publici.
11. Kress, de debitis ex feudis praecipue pomeraniae sol-  
ventibus.
12. Wernher, de successione in simultaneam investituram.
13. Rivin, de prerogativis auditorem cambialium pra-  
citurographarum.
14. Rivin, thesium juris controversi secundum Ordinem Dig.  
CXXXVIII — CXCVIII.
15. Rivin, de patre vel marito impensas in personas risue  
uoris vel liberorum factas repetente.
16. Rivin, de nationis venditionis et alienationis natura  
ac differentia.
17. Rivin, de praedibus quae vulgo Laß - Güter appellan-  
tur.



18. Rivin, de finibus juris naturalis et civilis.
19. Rivin, de eusematicis in materia possessionis et  
compossessionis.
20. Rivin, debitor delicatus in contrario fiduciae judi-  
cio ex mente Ulpiani ad l. xxv. D. de pign. act.
21. Clafen, de consuetudinibus.
22. Clatten, de homicidiis.
23. Clatten, de testamentis.
24. Clodius, quid patrono ecclesiae debeat minister?
25. Cludius, de publicis judiciis.
26. Cluten, de testamentis quam tam ordinandis  
quam in firmandis.
27. Coecejus, de regali posterum jure.
28. Coecejus, de principio juris naturalis univo, vero  
et adequato. pars prior.
29. Coecejus — — — — — pars altera.
30. Ludvig, de iure circa hypothecam de principio  
juris naturae ejusdem vindicant.
31. Coecejus, resolutiones dubiorum circa hypothecam  
naturam de principio juris naturae.
32. Coelestino de usufructu.
33. Coelestino de libello Lamoso.
34. Coelestino de potestate dominica veteri et hadicrona.
35. Coelestino, de potestate maritali et <sup>di</sup>matrimonialis.
36. Coelestino de potestate patria et aliis liberis.



39  
70  
QUOD DEUS TER OPT. MAX.  
FORTUNATUM ESSE VELIT

43  
IPSO DUCE,

THESES HASCE.

DE

# TESTAMEN- TIS ORDI- NANDIS.

In incluta Rosarum Academia

Quæ est ROSTOCHI

SUB PRÆSIDIO

DN. NICOLAI Scharffenberges

y. u. d.

*Publicè defendendas suscipiet*

GEORGIUS RUDOLPHUS à Kirchberg  
Nob. Austriacus.

*Ad diem 9. Jun. horis locog. consuetis.*



R O S T O C H I

Typis exscripsit JOACHIMUS PEDANUS,

ANNO DC M XIX.



ADMODUM REVEREN-  
DIS, ILLUSTRIBUS AC GENE-  
ROSIS DOMINIS: Dn. NOBILISSIMIS  
STRENUISQ. DOMINIS,

*Nec Non*

PRUDENTIBUS AC CIRCUMSPECTIS  
VIRIS, EXQUISITÆ DOCTRINÆ, INSIGNI  
*rerum usu, & justitiæ laude excellentissimis, Dn. In-*  
*chyti Archiducatus Austria superioris & inferioris,*  
*statibus ac ordinibus Patriæ*  
*Patribus.*

Dominis Patronis, Mœcenatibus ac  
fautoribus suis omni animi submissione  
perpetuò honorandis.

*Hoc exercitium juridicum*

*offert*

*dicat*

*consecrat*

*Respondens.*



## Thesis I.

**I**mperator noster veram & logicam TESTAMENTI notationem ab externa seu existentiae forma desumptam proponens, ait: Testamentum, esse testationem mentis, *princ. instit. hic.*

2. Quæ notatio, licet Grammaticis non placeat, tamen JCtis gratior est, qui student nomina rebus facere congruentia.

3. Consentaneum enim est, Justinianum hic non tantum alludere ad nomen, sed eo ipso vim rei exprimere atque ita breviter nominis & rei quasi definitionem duobus verbis simul complecti voluisse.

4. Plenius autem à JCto Modestino in l. l. ff. h. t. definitur; quod sit voluntatis nostræ iusta sententia, de eo, quod quis post mortem suam fieri velit. A 2 Quod



5. Quod ita definitum, juris civilis re-  
tè dicitur, licet & alias gentes suam testa-  
menti factionem quoq; habere & habuif-  
se, haud negare possimus.

6. Olim varia erant testamentorum ge-  
nera; Hodie dividi potest in publicum &  
privatum.

7. Publicum est, quod auctoritate &  
fide nititur publica.

8. Quale est id, quod per supplicem li-  
bellum principi ad ejus scrinia referen-  
dum offertur, vel apud acta magistratus  
reponitur, *l. omnium 19. C. de testament.*

9. Privatum est, quod privata auctori-  
tate nititur. Estq; vel solemne vel minus  
solemne.

10. Solemne est, quod majori cum so-  
lemnitate secundum communem ac con-  
suetum juris ordinem conficitur.

11. Quod dividimus in scriptum & non  
scriptum, live nuncupativum.

12. Scriptum testamentum solemne est,  
quod testator vel alius ejus nomine, in scri-  
ptum redigit, debitis juris solemnitatibus  
adhibitis.

Nun-



13. Nuncupativum, in quo testator sine scriptura palam & claris verbis coram septem testibus voluntatem suam nuncupat & declarat. §. *fin. Instit. h. t. l. heredis palam* 21. ff. *eodem.*

14. Et hæc testamenti factio in personis potissimum spectatur, atque in forma ipsius testamenti.

15. In personis vel principalibus, ut testatore & herede, vel minus principalibus, ut in testibus.

16. Quare in validitate testamenti censenda prima omnium dispectio est. an is qui testatus est, testandi jus habuerit, & antestari potuerit. *l. si queramus 4. ff. h. t. l. i. §. exigit ff. de honor. poss. sec. tab.*

17. Jus autem testandi habent, quibus hoc lege permissum.

18. Permissum verò est omnibus & singulis civibus Romanis, qui sui juris & rerum suarum liberam administrationem habent.

19. Unde filijs familiâs, utpote alieno juri subjectis, ne quidem consentiente patre.



tre ob defectum justæ voluntatis jus publicum hoc permittit, l. 6. l. 16. § 19. ff. *Qui testam. fac. poss.*

20. Nisi in peculio Castrensi vel quasi, de quo utroq; , ut paterfamilias liberam habent disponendi & testandi facultatem. *S. fin. Institut. de milit. testam. l. C. de inoffic. testam.*

21. In alijs peculijs etiam adventitijs, in quibus pater usumfructum non habet, idem eisdem denegavit. l. pen. § ult. C. de test. pr. *Inst. quib. non est perm. fac. testam.*

22. Ut & servis juri dominico subiectis l. 19. l. 20. §. 7. ff. b. t.

23. Et statum non habentibus, uti sunt peregrini, obsides & ab hostibus capti l. 8. l. 11. ff. b. t.

24. Quorum posteriorum tamen ante captivitatem factum testamentum, si redeant, jure postliminij, si apud hostes moriantur, lege Cornelia sustinetur *S. fin. Inst. b. t. l. 12. ff. eod.*

25. Simili jure censentur ij, qui de statu suo dubitant l. 14. l. 15. ff. b. t. maximam & mediam Capitis diminutionem passi l. 8. §. 1.



§. 1. ff. eod. lege intestabiles facti & iulsi ut  
vetitas & incestas nuptias contrahentes  
l. 6. C. de incest. & inutil. Nupt. ob carmen fa-  
mosum damnati, l. 8. §. unic. l. 26. ff. h. t. &  
similes.

26. Quod, an etiam de damnatis ad  
mortem hodierno jure dici queat, dubita-  
tur: Et cum lex nulla testamenti factionem  
hoc casu permittens exstet: ideo nec hodie  
eam damnatis concessam dicendum: licet  
contrariam sententiam uti æquiores de  
cōsuetudine receptā esse haud inficiemur.

27. Sed & amplius quibusdam defectus  
naturalis animi vel corporis obstaculo est,  
quo minus testari possint: cum alias defe-  
ctu isto sublato, testamenti factio ijs opti-  
mè permit tatur.

28. Ob defectum animi impediuntur,  
qui adhuc ea ætate sunt, ut animi iudicium  
nondum habeant, uti sunt Infantes, qui,  
quod agatur, omnino non intelligunt, atq;  
qui hos sequuntur Impuberes §. præterea.  
Inst. h. t. l. 5. ff. eod. l. si frater C. qui test. fac. poss.

29. Vel quidem, quia ea ætate sunt ut  
habe-



habere possint, non tamen habeant ex casu aliquo fortuito siue naturali.

30. Quales sunt furiosi eo tempore quo furore corripuntur §. 1. *Inst. h. t. l. 2. ff. de inofficios. testam.*

31. Quibus similes sunt prodigi, atque ideo interdictione legitimè facta non rectè testantur l. 18. ff. h. t. de §. 1. *Instit. eod.*

32. Quod si tamen ante vel post furorem aut prodigalitatem notatam, testamētum condant, nisi aliud sit, quod impediatur, testamentum valebit.

33. Defectu corporis, testamenti factio, quo modo impediatur, & quemadmodum surdus, mutus, cæcus hodie testari queant in l. discretis & l. hac consultissima C. de testam. traditum.

34. Et tantum de Testamenti factioe activa, quæ ad testatorem pertinet, ut habeant testamēti condēdi jus & potestatem.

35. Passiva testamenti factio, nempe jus ex testamento capiendi, quæ ad hæredem aliasq; personas pertinet, ut in testamento hæredes institui aut ex eo quid capere possint, propriè huc non pertinet, sed altiori indagini reservatur.

Mi-



74. Et hoc testamentum inter liberos etiam inaequalibus portionibus institutos valere, nisi aequalitas legitimam minuat statuimus, *l. s. C. d. inoffic. testam.*

75. Liberosq; in testamento paterno ita institutos heredes testamentarios nuncupamus, *Nov. 107. ca. 1.*

76. Simili modo & Rusticis ob imperitiam & necessitatem regidior illa solemnitas & legum subtilitas remissa, *juxta. l. fin. C. de testam.*

77. Quod & in testamento ad pias causas condito de jure Canonico verum idemq; in terris Imperij observari. *Dd. testantia.*

---

## Corollaria.

I.

Civitates Imperiales jure territoriali gaudent.

*Corolla*

II.

Vasallus ratione feudi subditus non est.

*Civitates*

III.

Unde ultro offerens suum territorium in feudum



feudum Principi personam suam coipso subdere  
& subijcere non videtur.

I V.

Jus protectionis protectori vel defensori nul-  
lam in clientes jurisdictionem tribuit.

V.


Citatio emissa ipse citato saluum conductum  
non tribuit.






35. Coelestino, De potestate tutoria.
36. Coelestino, de rerum <sup>divisione</sup> ~~divisione~~.
37. Coelestino de acquirendo <sup>dominio</sup> ~~dominio~~.
38. Aglus, de militia romana.
39. Hane, sermones de tempore.
40. Jensen, de usu fortium in eligenda thalami consorte ad modum temerario pauca praefatus. etc.
41. Scharf, de coronatione imperatoria.
42. Scharf. de his quae quibus ac privilegiis fisci perperam accensentur.
43. Scharfenberg, de testamentis ordinandis.
44. Scharfenberg, de emptione et venditione.
45. Schaumburg, de testamento nuptiarum.
46. Ciesio, sociographia iudicii militaris criminalis ordinarii vulgo mersice — Rirings Gerüst.
47. Olafen, de actionibus.















DE ACTIONIBUS.

Medic. par. 2. qu. 2. n. 14. de Casib. fortuit. Priori  
L. Aquiliae. Thomæ c. 19. n. 23. de Noxia animal.  
actu ipso nocuerit l. 42. ff. de Edilit. Edict. & qu  
læsi. Nam solum factum habendi animal ferox  
cam ad pœnam non obligat. Gloss. ad l. 41. ff. de A  
vis solum obliget, si quis juxta viam publicam h  
vel suspensam, cujus casus nocere possit. §. 1. In  
si del. nasc. l. 5. §. 11. ff. de his, qui effud. Quando  
Edilit. condemnatio fieri possit, tamen illam  
probatio tam de damno facto, quam de eo,  
circa viam publicam fuerit habitum. Quæ pr  
munem probandi modum per duos testes est fa  
de Testib. Ipsa condemnatio pro diversitate nox  
fa. Aut enim damnum datum est in persona  
in rebus.

Priore casu distinguitur ulterius: aut no  
homini, & tum condemnabitur dominus anim  
bonum & æquum fuerit visum, §. fin. Inst. h. t.  
Edict. computatis subinde mercedibus, quæ in  
gata, ut & impendiis in curationem factis, n  
bus caruit læsus & cariturus est. Aut liber homi  
ex hoc Edicto est popularis, quæ etiam compe  
quam hæredi, sed ut uni de populo, quantum v  
re volunt, præferatur. Fiet autem condem  
solidos, l. 42. ff. de Edilit. Edict. qui non tanqu  
poris liberi, sed tanquam mera pœna actori ap  
tur, l. 5. §. 5. ff. de his, qui effud. Aretin. ad §. 2.

Posteriore casu Reus condemnatur in dupl  
ult. ff. h. t. quod juramento actoris definiri pot  
vi. aut deficiente juramento à judice æstimari  
20. n. 8. p. 153. de Noxia Animal. Tandem paucis e  
quid actio Edilitia cum actione de pauperie co  
folet actionum concursus in Cumulativum &  
lativum dicitur non ratione libelli, sed ratione e  
ctus, quod actor duas actiones in solidum ita p  
una alteram neque tollat, neque diminuat.

U 3

157

actio §. 2.  
ferox  
pam  
publi  
nam  
itam  
qua  
dicto  
lebet  
ferox  
com  
extra  
liver  
, aut

libero  
judici  
Edilit.  
t ero  
, qui  
actio  
n tan  
i age  
entos  
p cor  
sidera  
42. §.  
unde  
mas c.  
num  
tingui  
Cum  
c effe  
e, ut  
ando  
actori

